

C & adarce. Adhibenda quoque acopa ex euphorbio, & diagridio, & piretro, & pipere, & sinapi, uel succo ferulaginis, quem Græci taphian uocant: ungeri da corpora, uel admixta cera imponenda, donec sufficienter inflari ui medicamini partes uideantur. Conuenit etiam uomitus arte affectatus, quo corpora difsecentur: & primo ex aqua mulsa, uel ex aceto squillitico melli admixto singulari, uel adiuncto semine erucae, aut cardami, aut urticae, aut sinapi, aut falsamenti multi ex aceto & melle: tum etiã ex radicibus: ultimo quoq; helleboro lenticulae admixto, uel oryzae, in hijs qui reumatismo fuerint affecti: cum sorbilibus uero succis qui stricture. Adhibenda etiam ptarmica, quibus stomachus commotione capitis contremiscat. Item sorbendus, aut infundendus rhinenchyto ferramento naribus succus cyclaminis, aut erucae, aut anagallidis herbae: gargarizandum sinapi ex aceto & melle decoctio thymi, aut origani, uel pulegij, aut hyssopi, aut squillae succus cum aqua mulsa, & caetera similia eius generis quae fuerint, & magis cum initia atque summitas stomachi callosa uidebuntur, uehementiore modo curationis indigentia. Tunc etiam adhibemus quaedam acriora, uel horum exhalatione aegrotantes haustu suo hortabimur adductio spiritu recipere, quo etiam altiora agitatione medicaminis demutentur. Sumpto igitur fictili uasculo immittimus pulsam: tum admixto nitro, origano, cardamomo, mastiche chia, carbonibus subiectis decoquimus. Sed erit primo os uasculi praegyphandum, immisso utraq; ex parte forato, cuius summitatibus oui uacuati imponimus testam, ex utroq; suo uertice perforata: cuius altera cauerna calamo inseratur, altera uaporem fumet acceptum: Tum aegrotantẽ iubemus ore aperto supradictam cauernam labijs amplecti, siue oui, ut supradiximus, uerticem, atque ita eius exhalationem excipere: cuius quidem feruor erit moderandus, ne nimietate partes exurat. Atq; ita si plurima & perseverans mordicatio affecerit aegrotantem, erit mitiganda simplicibus gargarismatibus, ut aqua calida, & oleo, siue lacte, aut decoctio ne cantabri, aut succo prisanæ, uel noxarum decoctione, aut amyli cum aqua. Oportet praeterea etiam partibus in passione constitutis apponere medicamen, quod polyarchion appellamus, uel diadaphnion, & horum similiū, quorum compositionem Medicaminum tradidimus Diadaphnion. libris. Dandum quoq; medicamen theriacum bibendum, quod diechydnon appellamus: cuius quoq; compositionem Responsorum dedimus libris. Tunc aegrotantes maritima natatione exercendi, atque cataclysmo curandi, hoc est aquarum illusione, suppositis partibus patientibus. Animo praeterea securo atq; facili esse conuenit curandos, & aquarū naturalium usum adhibere, ut sunt in Italia quae Cotylia sunt appellatae, & Nepesinae: lauacro atq; potu aptissimo utendum, adhibita aeris mutatione longa, terrena, maritima, exercitationibus uarijs palastrarum adhibito praetore utendum, atque ita hisdem resumptionibus corpus conuenit recurare: Sic enim perseveratione & uentositas excludetur stomachi, & aliae quoque supradictae passiones depelluntur.

ἀδάρκη.

ἀερμικὰ.
ῥινὴν χυτὸν.

D

Medicamen
polyarchion.
Diadaphnion.
Diechidnon.
ἑατχιλονόμιον.

Balnea in Italia.

φαγιδαινα.

ἑρμικὰ.

D E P H A G E D A E N A. C A P: III.



St etiam phagedæna ex stomachi passionibus, qua affecto sequitur cibi uehementis appetentia, qua Græci orexin appellant, & coadceruati accipiendi cupiditas, & immasticata transuoratio: Tunc grauedo atque tensio, & propterea uomitus, quem sibi coacti atque oppressi prouocent aegrotantes, corporis macies, pallor. Aliquando etiam uultus inflatio, oris pedor: quibusdam

C R E B R I O S

...tem enim gregium patre...
...obito, sed pallo genus p...
...pollucant: longitudo enim...
...obito, sed pallo genus p...
...pollucant: longitudo enim...
...obito, sed pallo genus p...
...pollucant: longitudo enim...

DE ISCOROIA.
...
CAPIT

Trachea pulsi...
...in ore, uel in...
...relectione, uel...
...car. Sed de...
...trachea pulsi...
...in ore, uel in...
...relectione, uel...
...car. Sed de...
...trachea pulsi...
...in ore, uel in...
...relectione, uel...
...car. Sed de...

A huiusmodi etiam gingivarum putredo, cum scabro dentium detrimento tritus, uisus obtusio, sed passioni genus philonij in problematicis non daturus nos iterum pollicemur: Interposito enim tempore digestionis rapiuntur accepta, atque repletis uisus, quos Graeci poros appellant, obtunditur appetitus. Erit praeterea curandum, tempore quo cibamus ea ministrare quae parum nutriant, sed quanta uideant appetentiam obtundant, ut sunt olera quae non relaxent, ne uomitum moueant, sed constringant potius: Sic enim sui quantitate famem sentiunt, atque uirtutem propria digestionem non grauando perficiunt. Bibere autem non prius quam solidus sumitur cibus, hijs qui fame urgentur utilissimum iudicamus: Siquidem potu impleti minus solidos appetunt cibos: phagedaenicis uero hoc conuenire negamus: humectatus etenim stomachus in uomitum facile prouocatur, & liquefactus atque supernatans cibus facilius nauisam prouocat aegrotanti. Erit igitur sensim uomitus differendus, atque eius consuetudo mutanda, ut interpositis diebus parum demus aliquando cibum, & appositione cucurbitarum eius adiuuemus descensum, qui solitis suis insertus teneatur. Alia uero uomitum permittamus, ac deinde paucis interpositis diebus prohibeamus, uel iterum adhibeamus, sed in adiutorij uicem, hoc est ex radicibus: Tum etiam ex helleboro, quo regulae curationis adiutoria localia concurrant recorporatiua uirtute medentia, & partes ad fortitudinem naturalem ducant: Quorum usu ex supradictis, atque in alijs passionibus ordinatis accipiendum ducimus.

πόροις
φάγεδαενικαί.

DE IECOROSIS, QUOS GRAECI EPATICOS
uocant, & lienosis, quos splenicos dicunt.
CAPVT IIII.

Iecorosi.
ἥπατικοί.
Lienosi.
σπληνικοί, καὶ
σπληντινοί.



Traque passio à locis patientibus nomen accepit: Siquidem sit in iecore, uel in liene constituta, tumore scilicet effecta siue collectione, uel duritia atque saxitate, quam scirrhusin uocant. Sed de tumoribus libris februm docuimus. De collectionibus uero, siue uomicis specialiter docemus. De duritia uero aut saxitate, quae cedente tumore efficiuntur, nunc prosequemur: Sequuntur enim quaedam communia iecorosis atque lienosis, quaedam specialiter propria, sed communia, grauedo, spirationis difficultas, & magis in itinere ambulationibus cliuosis. Tum piger motus, atque anhelatio, & sitis, & oris siccitas, coloris mutatio, pedum inflatio. Aliquando etiam febricula latens, & hydropisimi suffusio, cum continua cibi corruptione. Propria autem, uel specialia iecorosos haec sequentur, extans durities, siue scirrhus in dextera parte praecordiorum, schematerotundo costis ex aliqua parte subiecta, & propterea ueluti decisa. Ex alia uero parte circumscripta atque rotunditate terminata, color saepissime aëuginosus, siue arquati similis, quem Graeci icteron appellant, urina turbata, uelut sandarachae colore. Et accessionis tempore dolor tendens usque ad dexterum iugulum, atque palam, & difficilis supra latus sinistrum iacendi copia: Siquidem adducantur dexterae partes suo pondere pedentes, & propterea grauedine, atque doloris punctione aegrotantes afficiant. Tum fellosa stercorum egestio. Lienosis uero extans duritia, atque saxea sub sinistra parte praecordiorum inuenitur schemate longo porrecta, & ueluti pectus in

σχιρρῶσις

ἰκτερόσις.